



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 31. Episcopis competit cognoscere de gratiis concessis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

„sacris etiam Presbyteratus Ordinibus Sæcul. XVI.
 „constitutum, etiam ad illius condem- A.C. 1551.
 „nationem, nec non verbalem deposi-
 „tionem, & per se ipsum etiam ad ac-
 „tualiem, atque solemnem degradatio-
 „nem ab ipsis Ordinibus, & gradibus
 „Ecclesiasticis, in casibus, in quibus
 „aliorum Episcoporum præsentia, in
 „numero a Canonibus definito, requi-
 „ritur, etiam absque illis procedere li-
 „ceat: adhibitis tamen & in hoc sibi
 „assistentibus totidem Abbatibus, usum
 „mitræ, & baculi ex privilegio Apo-
 „stolico habentibus, si in civitate aut
 „diœcesi reperiri, & commode interes-
 „se possint, alioquin aliis personis in
 „Ecclesiastica dignitate constitutis, quæ
 „ætate graves, ac juris scientia com-
 „mendabiles existant.

§. XXXI.

CAPUT V.

*Episcopis competit cognoscere de gra-
 tiis concessis.*

*Episcopus summarie cognoscat de gratiis
 obtentis pro absolutione criminum publi-
 corum, vel remissione pœnarum ab illo
 impositarum.*

„Quoniam per fictas causas, quæ ta-
 „men satis probabiles videntur, in-
 „terdum accidit, ut nonnulli ejusmo-
 „di gratias extorqueant, per quas pœ-

Sæcul. XVI.
A.C. 1551.

„næ illis Episcoporum iusta severitate in-
„flictæ, aut remittuntur omnino, aut mi-
„nuuntur; cum non ferendum sit, ut men-
„dadium, quod tantopere Deo displicet,
„non modo ipsum impunitum sit, verum
„etiam alterius delicti veniam impetret
„mentienti; idcirco, ut sequitur, sta-
„tuit, & decrevit: Episcopus apud Ec-
„clesiam suam residens, de surreptione,
„& obreptione gratiæ, quæ super ab-
„solutione alicujus publici criminis, vel
„delicti, de quo ipse inquirere coeperat,
„aut remissione pœnæ, ad quam crimi-
„nosus per eum condemnatus fuerit,
„falsis precibus impetratur, per se ip-
„sum tanquam Sedis Apostolicæ dele-
„gatus, etiam summarie cognoscat,
„ipsamque gratiam, postquam per falsi
„narrationem, aut veri taciturnitatem
„obtentam esse legitime constiterit, non
„admittat.

§. XXXII.

C A P U T. VI.

*De cognitione causarum criminalium
contra Episcopos.*

*Episcopus nequaquam moneatur, aut cite-
tur, ut personaliter compareat, nisi ob
causam, ex qua deponendus, aut privan-
dus veniret.*

„Cum autem subditi Episcopo, tamet-
„si jure correpti fuerint, magno-
„pere